

Introductio

Dominica

Pater noster. Ave, Maria et Credo.

Deinde clara voce ter dicitur :

∩. Dómine, lábia mea apéries

℞. Et os meum annuntiábit laudem tuam

Mox sequitur Psalmus 3

Dómine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me ? * Multi insúrgunt advérsus me ; Multi dicunt ánimæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus. Tu autem Dómine, suscéptor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum. Voce mea ad Dóminum clamávi ; * et exaudivit me de monte sancto suo. Ego dormívi, et soporátus sum ;

* et exsurréxi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me. * Exsúrge, Dómine ; salvum me fac, Deus meus.


Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa ; * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus ; * et super pópulum tuum benedíctio tua.


Glória

Invitatorium

V g



A Le-lú- ia, Chri-stum Dómi-num ascendén-



tem in cæ- lum , * Ve-ní-te ado-rémus, al- le- lú- ia.

Repetitur:

Psalmus 94

V g



V Ení- te, exsultémus Dómino, ju- bi-lémus De-

Introductio




o, sa-lu-tá-ri nostro : præ-oc-cupémus fá-ci- em e-jus in confes-



si- óne, et in psalmis ju- bi- lémus e- i.

Alleluia.



Quó-ni- am De- us magnus Dóminus, et Rex magnus su-per



omnes de- os : quó-ni- am non re-pél-let Dómi-nus plebem su- am :



qui- a in manu e-jus sunt omnes fin-es terræ, et alti-tú-dines món-




ti- um ip- se cónspi- cit.

*** Venite**



Quó- ni- am ip- sí- us est ma- re et ipse fe- cit il- lud, et

Introductio




á- ri- dam funda- vé- runt ma- nus e- jus. Ve- ní- te, ad- o- rémus



et proci- dá- mus ante Deum, plo- ré- mus coram Dómi- no qui fe- cit



nos qui- a ipse est Dómi- nus De- us noster, nos autem pópu- lus



e- jus et oves pás- cu- æ e- jus.


Alleluia.




Hó- di- e si vo- cem e- jus au- di- é- ri- tis : « No- lí- te



obdu- rá- re corda vestra, sic- ut in ex- a- cerba- ti- ó- ne se-




cúndum di- em ten- ta- ti- ó- nis in desérto, u- bi tenta- vé- runt me




patres vestri: probavérunt et vi- dé- runt ó- pe- ra me- a.

Introductio


* Venite.




Quadra- gín-ta annis pró-xi-mus fu- i ge-ne- ra- ti- ó- ni



hu- ic et di- xi : Semper hi errant corde. Ip-si ve-ro non cogno-




vé-runt vi- as me- as, qui- bus ju-rá- vi in i- ra me- a : Si in-




tro- í-bunt in ré-qui- em me- am. »


Alleluia.



Gló- ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.



Sic- ut e- rat in princí- pi- o, et nunc et semper, et in sæcu-



la sæcu- ló- rum. A- men.

* Venite.

Cantores: Alleluia Christum Dóminum ascendéntem in cælum *

Chorus: * Veníte, adorémus, allelúia.

Introductio


Hymnus

VIII

Æ



tér- ne Rex al- tís-si-me, Red-émptor et fi- dé- li-



um, Quo mors so- lú-ta dé-pe-rit, Datur tri- úmphus grá- ti- æ.

S



Cándens tri-bú-nal déxte-ræ Pa- tris: pot-éstas ómni-




um Collá- ta Jesu cæ- li-tus. Quæ non e-rat hu- má- ni-tus:

U



T tri- na re- rum machí- na, Cæ-lé- sti- um, ter-réstri-



um, Et infe- rorum cóndi-ta, Flectat genu jam súbdi-ta.

T



Remunt vi-dén-tes Ange- li Versam vi-cem mor-tá- li-




um : Culpat ca-ro, purgat caro, Regnat De-us De- i ca-ro.


Introductio




T U es- to nostrum gáu-di-um, Ma-nens o-lýmpo práedi-



tum: Mundi regis qui fá-bri-cam, Mundá- na vi- cens gáu-di-a.



H Inc te pre- cántes, quæ-sumus, Ignósce culpis ómni-



bus, Et corda sursum súbleva Ad te supérna grátia,




U T cum re-pénte cœpe-ris Claré- re nube jú-di- cis



Pœnas repél-las dé- bi-tas, Reddas co-rónas pér- di-tas



G Ló-ri- a ti- bi, Dómi-ne, Qui scandis su-per sí-de-ra,




Cum Patre et Sancto Spí- ri- tu, In sempi-tér-na sœ-cu-la. **A**-men.


In primo nocturno

IN PRIMO NOCTURNO

1Ant
4A



E Levá-ta est magni-fí-cénti- a tu- a super cælos, De- us,



alle-lú- ia. E u o u a e

Psalmus 8

Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen
tuum in univérsa terra !

2 Quóniam eleváta est magnifi-
céntia tua * super cælos.

3 Ex ore infántium et lacténtium
perfecísti laudem propter inimí-
cos tuos, * ut déstruas inimícum
et ultórem.

4 Quóniam vidébo cælos tuos,
ópera digítorum tuórum, * lunam
et stellas quæ tu fundásti.

5 Quid est homo, quod memor es


ejus ? * aut filius hóminis, quón-
iam vísitas eum ?

6 Minuísti eum paulóminus ab
ángelis ; † glória et honóre coro-
násti eum ; * et constituísti eum
super ópera mánuum tuárum.


7 Ómnia subjecísti sub pédibus
ejus, † oves et boves univérsas, *
ínsuper et pécora campi,

8 Vólucres cæli, et pisces maris *
qui perámbulant sémitas maris.

9 Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen tuum
in univérsa terra !



E-levá-ta est magni-fí-cénti- a tu- a super cælos, De- us,




alle-lú- ia.

2Ant
8a



D Omi- nus in templo sancto su- o Dómi- nus in cælo, alle-lú-

In primo nocturno



ia. E u o u a e

Psalmus 10

In Dómino confido ;† quómodo
dícitis ánimæ meæ : * Tráns-
migra in montem sicut passer ?

2 Quóniam ecce peccatóres in-
tendérunt arcum ;† paravérunt
sagíttas suas in pháretra, * ut sa-
gíttent in obscúro rectos corde :

3 Quóniam quæ perfecísti des-
truxérunt ; * justus autem, quid
fecit ?

4 Dóminus in templo sancto
suo ; * Dóminus in cælo sedes
ejus.

5 Óculi ejus in páuperem respí-
ciunt ; * pálpebræ ejus intérró-
gant filios hóminum.


6 Dóminus intérrógat justum et
ímpium ; * qui autem díligit ini-
quitátem, odit ánimam suam.

7 Pluet super peccatóres lá-
queos ; * ignis et sulphur, et spí-
ritus procellárum, pars cálicis eó-
rum.

8 Quóniam justus Dóminus, et
justítias diléxit : * æquitátem vi-
dit vultus ejus.



Dómi- nus in templo sancto su- o Dómi-nus in cælo, alle-lú-




ia.

3Ant

4A



A Summo cælo egréssi- o e- jus, et occúrsus e-jus, alle-



lú- ia. E u o u a e

In primo nocturno

Psalmus 18

Cæli enarrant glóriam Dei, *
et ópera mánuum ejus an-
núntiat firmaméntum.

2 Dies diéi erúctat verbum, * et
nox nocti índicat sciéntiam.

3 Non sunt loquélæ, neque ser-
mónes, * quorum non audiántur
voces eórum.

4 In omnem terram exívit sonus
eórum, * et in fines orbis terræ
verba eórum.

5 In sole pósuit tabernáculum
suum ; * et ipse tamquam spon-
sus procédens de thálamo suo.

6 Exsultávit ut gigas ad currén-
dam viam ; * a summo cælo
egréssio ejus.

7 Et occúrsus ejus usque ad sum-
mum ejus ; * nec est qui se abs-
cóndat a calóre ejus.

8 Lex Dómini immaculáta,
convértens ánimas ; * testimó-
nium Dómini fidéle, sapiéntiam
præstans párvulis.

9 Justítiaæ Dómini rectæ, lætifi-
cántes corda ; * præcéptum Dó-
mini lúcidum, illúminans óculos.

10 Timor Dómini sanctus, pér-
manens in sæculum sæculi ; * ju-
dícia Dómini vera, justificáta in
semetípsa,

11 Desiderabília super aurum et
lápídem pretiósium multum, * et
dulcióra super mel et favum.


12 Étenim servus tuus custódit
ea ; * in custodiéndis illis retribu-
tio multa.

13 Delícta quis intélligit ? † ab
occúltis meis munda me ; * et ab
aliénis parce servo tuo.


14 Si mei non fúerint domináti,
tunc immaculátus ero, * et emun-
dábor a delícto máximo.

15 Et erunt ut compláceant eló-
quia oris mei, * et meditátio cor-
dis mei in conspéctu tuo semper.

16 Dómine, adjútor meus, * et
redémptor meus.



A summo cælo egréssi- o e- jus, et occúrsus e-jus, alle-




lú- ia.

In primo nocturno

4Ant

4A

Exaltá-re, Dómi-ne, in virtú-te tu- a ; cantá-bimus et psal-



lémus, alle- lú- ia. E u o u a e

Psalmus 20.

Dómine, in virtúte tua lætábitur rex, * et super salutáre tuum exsultábit veheménter.

2 Desidérium cordis ejus tribuísti ei, * et voluntáte labiórú ejus non fraudásti eum.

3 Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis ; * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

4 Vitam pétiit a te, * et tribuísti ei longitúdinem diérú, in sáeculum, et in sáeculum sáeculi.

5 Magna est glória ejus in salutári tuo ; * glóriam et magnum decórem impónes super eum.

6 Quóniam dabis eum in benedictiónem in sáeculum sáeculi ; * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

7 Quóniam rex sperat in Dómi-

no, * et in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

8 Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis ; * dextera tua invéniat omnes qui te odérunt.


9 Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui :† Dóminus in ira sua conturbábit eos, * et devorábit eos ignis.

10 Fructum eórum de terra perdes, * et semen eórum a filiis hóminum,

11 Quóniam declinavérunt in te mala ; * cogitavérunt consília quæ non potuérunt stabilíre.

12 Quóniam pones eos dorsum ; * in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

13 Exaltáre, Dómine, in virtúte tua ; * cantáimus et psallémus virtútes tuas.



Exaltá-re, Dó-mine, in virtú-te tu- a ; cantá-bimus et psal-

In primo nocturno

lémus, alle-lú-ia.

5Ant
5 a

E Levámi- ni, portæ æ-terná-les, et intro- í- bit Rex gló-ri-

æ, alle-lú-ia. E u o u a e

Psalmus 23

Dómini est terra, et plenitúdo ejus ; * orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

2 Quia ipse super mária fundávit eum, * et super flúmina præparávit eum.

3 Quis ascéndet in montem Dómini ? * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

4 Ínnocens mánibus et mundo corde, † qui non accépit in vano ánimam suam, * nec jurávit in dolo próximo suo :

5 Hic accípiet benedictiónem a Dómino, * et misericórdiam a

Deo salutári suo.

6 Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

7 Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles, * et introíbit rex glóriæ.


8 Quis est iste rex glóriæ ? † Dóminus fortis et potens, * Dóminus potens in prælio.

9 Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles, * et introíbit rex glóriæ.


10 Quis est iste rex glóriæ ? * Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.

Elevá-mi- ni, portæ æ-terná-les, et intro- í- bit Rex gló-ri-


In primo nocturno



æ, alle-lú- ia.



E Xaltábo te, Dómine, quóni- am suscepí-sti me, alle-lú- ia.



E u o u a e

Psalmus 29

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, * nec delectásti inimícos meos super me.

2 Dómine Deus meus, clamávi ad te, * et sanásti me.

3 Dómine, eduxísti ab inférno ánimam meam ; * salvásti me a descendéntibus in lacum.

4 Psállite Dómino, sancti ejus ; * et confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

5 Quóniam ira in indignatióne ejus, * et vita in voluntáte ejus :

6 Ad vésperum demorábitur fletus, * et ad matutínium lætítia.

7 Ego autem dixi in abundántia mea : * Non movébor in ætérnum.

8 Dómine, in voluntáte tua, * præstitísti decóri meo virtútem .

9 Avertísti fáciem tuam a me, * et factus sum conturbátus.

10 Ad te, Dómine, clamábo, * et ad Deum meum deprecábor.

11 Quæ utilitas in sángine meo, * dum descéndo in corruptiόνem ?

12 Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam ?

13 Audívit Dóminus, et misértus est mei ; * Dóminus factus est adjútor meus.

14 Convertísti planctum meum in gáudium mihi ; * conscidísti saccum meum, et circumdedísti me lætítia :

15 Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar. * Dómine Deus meus, in ætérnum confitébor tibi.

In primo nocturno



Exaltábo te, Dómine, quóni- am suscepí-sti me, alle-lú- ia.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia

℞. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

℞. Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miserére nobis: * Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℞. Amen.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

BenedictiÓne perpétua * benedícat nos Pater ætérnus.

℞. Amen.

Incipit Epístola beáti Joánnis Apóstoli

Lectio I

Cap. 1,1-10.

Quod fuit ab inítio, quod audívimus, quod vídimus óculis nostris, quod perspéximus, et manus nostræ contrectavérunt de verbo vitæ: et vita manifestáta est, et vídimus, et testámur, et annuntiámus vobis vitam ætérnam, quæ erat apud Patrem, et appáruit nobis: quod vídimus et audívimus, annuntiámus vobis, ut et vos societátem habeátis nobíscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum Fílio ejus Jesu Christo.

Tu autem Dómine, miserére nobis.

℞. Deo grátias.

Act 1,3,9 ℣. Idem, 4



In primo nocturno

pa-rens e- is, loquens de regno De- i, al-le-
lú- ia; * Et vi-dénti- bus il- lis e-le- vá- tus
est, alle-lú- ia, et nu- bes suscé-pit e- um
ab ócu-lis e- ó- rum, al- le- lú- ia. V. Et
convé- scens, præcé-pit e- is ab Je-rosó-lymis ne discéde- rent,
sed exspectá- rent promís-si- ó-nem Pa- tris . * Et

Lector:

Jube, Dómnne, benedícere.

Præsidium chori:

Unigénitus Dei Fílius * nos benedícere et adjuváre dignétur.

R. Amen.

Lectio II


Et hæc scríbimus vobis ut gaudeátis, et gáudium vestrum sit plenum. Et hæc est annuntiátio, quam audívimus ab eo, et annuntiá-

In primo nocturno


mus vobis : quóniam Deus lux est, et ténebræ in eo non sunt ullæ. Si dixerimus quóniam societátem habémus cum eo, et in ténebris ambulámus, méntimur, et veritátem non fácimus. Si autem in luce ambulámus sicut et ipse est in luce, societátem habémus ad ínvicem, et sanguis Jesu Christi, Fílii ejus, emúndat nos ab omni peccáto. Tu autem Dómine, miserére nobis.

Ps 67,35 ¶ Jo 16,7


R. II




O Mnis pulchri- túdo Dómi- ni exaltá- ta




est su- per sí-de- ra: spé-ci- es e- jus in núbi-




bus cæ- li, * Et no- men e- jus in æ- tér- num pér-



ma- net, al-le- lú- ia. ¶ Ni- si e- go abí- e- ro, Parácli-



tus non véni- et; dum assúptus fú-e-ro, mittam vobis e-



um. * Et no- men.

Lector:

Jube, Dómnne, benedícere.

In primo nocturno

Præsidium chori:

Spíritus Sancti grátia * illúminet sensus et corda nostra.

℞ Amen.

Lectio III


Si dixérimus quóniam peccátum non habémus, ipsi nos sedúчимus, et véritas in nobis non est. Si confíteámur peccáta nostra : fídelis est, et justus, ut remíttet nobis peccáta nostra, et emúndet nos ab omni iniquitáte. Si dixérimus quóniam non peccávimus, mendácem fácimus eum, et verbum ejus non est in nobis.

Ps 20,14 √ Idem


℞ VII




E Xal-tá-re, Dó- mi- ne, alle- lú-



ia, * In virtú- te tu- a, al- le- lú- ia. √ Cantá-



bi-mus et psallé- mus vir-tú- tes tu- as, Dó- mi-



ne. * In virtú- te.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

In unitáte Sancti Spíritus * benedícat nos Pater et Fílius.

℞ Amen.

Lectio IV

Cap. 2,1-6

Filíoli mei, hæc scribo vobis, ut non peccétis. Sed et si quis peccá-
verit, advocátum habémus apud Patrem, Jesum Christum justum :
et ipse est propitiátio pro peccátis nostris : non pro nostris autem tan-

In primo nocturno

tum, sed étiam pro tótius mundi. Et in hoc scimus quóniam cognóvimus eum, si mandáta ejus observémus. Qui dicit se nosse eum, et mandáta ejus non custódit, mendax est, et in hoc véritas non est. Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc cáritas Dei perfécta est : et in hoc scimus quóniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manére, debet, sicut ille ambulávit, et ipse ambuláre.

Jo 14,18 ¶. Idem 16,7

R̄. II

N On re-línquam vos orphá- nos, al- le- lú- ia;

va-do et véni- o ad vos, * Et gaudé- bit cor ve-

strum al-le-lú- ia al- le- lú- ia. ¶. Ni- si ego a-bí- e-ro,

Paracli- tus non vé- ni- et; dum assúmptus fú-e-ro, mittam vo-


bis e- um. * Et gaudé- bit ¶. Gló- ri- a Pa- tri, et Fí-

li- o, et Spi-rí- tu- i Sanc- to * Et gaudé- bit.

In secundo nocturno


IN SECUNDO NOCTURNO

7Ant
2D



E

Xaltábor in géntibus, et ex-al-tábor in terra, alle-lú-ia.



E u o u a e

Psalmus 45

Deus noster refúgium et virtus ; *adjútor in tribulatió-nibus quæ invenérunt nos nimis.

2 Proptérea non timébimus dum turbábitur terra, * et transferéntur montes in cor maris.

3 Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum ; * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

4 Flúminis ímpetus lætíficat civi-tátem Dei : * sanctificávit taber-náculum suum Altíssimus.

5 Deus in médio ejus, non com-movébitur ; * adjuvábít eam Deus mane dilúculo.

6 Conturbátæ sunt gentes, et in-clináta sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.


7 Dóminus virtútum nobíscum ; * susceptor noster Deus Jacob.

8 Veníte, et vidéte ópera Dómi-ni, † quæ pósuit prodígia super terram, *Auferens bella usque ad finem terræ.

9 Arcum cónteret, et confrínget arma, * et scuta combúret igni.

10 Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus ; * exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

11 Dóminus virtútum nobíscum ; * susceptor noster Deus Jacob.



Exaltábor in géntibus, et ex-al-tábor in terra, alle-lú-ia.


8Ant
4A



A

Scéndit De-us in jubi-la-ti- óne, et Dóminus in voce tu-

In secundo nocturno



bæ, alle-lú-ia. E u o u a e

Psalmus 46

Omnes gentes, pláudite máni-
bus ; *jubiláte Deo in voce
exsultatiónis :

2 Quóniam Dóminus excélsus,
terribilis, * Rex magnus super
omnem terram.

3 Subjécit pópulos nobis, * et
gentes sub pédibus nostris.

4 Elégit nobis hæreditátem
suam ; * spéciem Jacob quam di-
lécit.

5 Ascéndit Deus in júbilo, * et

Dóminus in voce tubæ.

6 Psállite Deo nostro, psál-
lite ; *psállite regi nostro, psál-
lite :


7 quóniam rex omnis terræ
Deus, * psállite sapiénter.

8 Regnábit Deus super gen-
tes ; *Deus sedet super sedem
sanctam suam.

9 Príncipes populórum congregá-
ti sunt cum Deo Abraham, * quón-
iam dii fortes terræ veheménter
eleváti sunt.



Ascéndit De-us in jubi-la-ti- óne, et Dóminus in voce tu-




bæ, alle-lú-ia.

9Ant

4A



Lætén-tur cæ-li et exsúltet terra, qui- a venit Dóminus, al-



le- lú-ia. E u o u a e

In secundo nocturno

Psalmus 95

Cantáte Dómino cánticum novum ; * cantáte Dómino omnis terra.

2 Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus ; * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

3 Annuntiáte inter gentes glóriam ejus ; * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

4 Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis : * terríbilis est super omnes deos.

5 Quóniam omnes dii géntium dæmónia ; * Dóminus autem cælos fecit.

6 Conféssio et pulchritúdo in conspéctu ejus ; * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

7 Afférte Dómino, pátriæ géntium, † afférte Dómino glóriam et

honórem ; * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

8 Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus ; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.


9 Commoveátur a fácie ejus univérsa terra ; * dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit.

10 Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur ; * judicábit pópulos in æquitáte.


11 Læténtur cæli, et exsúltet terra ; † commoveátur mare et plenitúdo ejus ; * gaudébunt campi, et ómnia quæ in eis sunt.

12 Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit, * quóniam venit judicáre terram.

13 Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópulos in veritáte sua.




Læ-téntur cæ-li et exsúltet terra, qui- a venit Dóminus, al-



le- lú- ia.



Nimis exal-tátus es, alle-lú-ia, super omnes de-os, alle- lú-ia



E u o u a e

Psalmus 96

Dóminus regnávít : exsúltet terra ; * læténtur ínsulæ multæ.

2 Nubes et calígo in circúitu ejus ; * justítia et judícium corréctio sedis ejus.

3 Ignis ante ipsum præcédet, * et inflammábit in circúitu inimícos ejus.

4 Illuxérunt fúlgora ejus orbi terræ ; * vidit, et commóta est terra.

5 Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini ; * a fácie Dómini omnis terra.

6 Annuntiavérunt cæli justítiam ejus, * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

7 Confundántur omnes qui adó-

rant sculptília, * et qui gloriántur in simulácris suis.

8 Adoráte eum omnes ángeli ejus. * audívit, et lætáta est Sion,

9 Et exsultavérunt filię Judæ * propter judícia tua, Dómine.

10 Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram ; * nimis exaltátus es super omnes deos.

11 Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : † custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum ; * de manu peccatóris liberábit eos.

12 Lux orta est justo, * et rectis corde lætítia.

13 Lætámmini, justí, in Dómino, * et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.




Nimis exal-tátus es, alle-lú-ia, super omnes de-os, alle- lú-ia

11Ant
6F



Dóminus in Si- on, alle-lú-ia, magnus et excélsus, alle- lú- ia.



E u o u a e

Psalmus 98

Dóminus regnávít : irascántur pópuli ; * qui sedet super chérubim : moveátur terra.

2 Dóminus in Sion magnus, * et excélsus super omnes pópulos.

3 Confiteántur nómini tuo magno, † quóniam terríbile et sanctum est, * et honor regis iudícium díligit.

4 Tu parásti directiónes ; * iudícium et justítiam in Jacob tu fecísti.

5 Exaltáte Dóminum Deum nostrum, † et adoráte scabéllum pedum ejus, * quóniam sanctum est.

6 Móyses et Áaron in sacerdotibus ejus, * et Sámuel inter eos qui ínvocant nomen ejus :

7 Invocabant Dóminum, et ipse exaudiébat eos ; * in colúmna nubis loquebátur ad eos.

8 Custodiébant testimónia ejus, * et præcéptum quod dedit illis.

9 Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos ; † Deus, tu propítius fuísti eis, * et ulciscens in omnes adinventiónes eórum.

10 Exaltáte Dóminum Deum nostrum, † et adoráte in monte sancto ejus, * quóniam sanctus Dóminus Deus noster.




Dóminus in Si- on, alle-lú-ia, magnus et excélsus, alle- lú- ia.

12Ant
6F



Dóminus in cælo, alle-lú-ia, pa-rávít se-dem su- am, alle- lú-



ia. E u o u a e

Psalmus 102

Bénedic, ánima mea, Dómino, * et ómnia quæ intra me sunt nómini sancto ejus.

2 Bénedic, ánima mea, Dómino, * et noli oblivísci omnes re-tributiónes ejus.

3 Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis ; * qui sanat omnes infirmitátes tuas :

4 Qui rédimít de intéritu vitam tuam ; * qui coronat te in misericórdia et miseratióne :

5 Qui replet in bonis desidérium

In secundo nocturno

tuum ; * renovábitur ut áquilæ
juvéntus tua :

6 Fáciens misericórdias Dómi-
nus, * et júdicium ómnibus injú-
riam patiéntibus.

7 Notas fecit vias suas Móysi ; *
filiis Ísraël voluntátes suas.

8 Miserátor et miséricors Dómi-
nus : * longánimis, et multum
miséricors.

9 Non in perpétuum irascétur, *
neque in ætérnum comminábitur.

10 Non secúndum peccáta nostra
fecit nobis, * neque secúndum
iniquitátes nostras retríbuit nobis.

11 Quóniam secúndum altitúdi-
nem cæli a terra, * corroborávit
misericórdiam suam super timén-
tes se ;

12 Quantum distat ortus ab occi-
dente, * longe fecit a nobis ini-
quitátes nostras.

13 Quómodo miserétur pater fi-
liórum, † misértus est Dóminus
timéntibus se. * quóniam ipse
cognóvit figméntum nostrum ;

14 Recordátus est quóniam pul-
vis sumus. † Homo, sicut fœnum

dies ejus ; * tamquam flos agri,
sic efflorébit :

15 Quóniam spíritus pertransíbit
in illo, et non subsístet, * et non
cognóscet ámplius locum suum.

16 Misericórdia autem Dómini ab
ætérno, * et usque in ætérnum
super timéntes eum.

17 Et justítia illíus in filios filió-
rum, * his qui servant testamén-
tum ejus,

18 Et mémores sunt mandatórum
ipsíus * ad faciéndum ea.

19 Dóminus in cælo parávit se-
dem suam, * et regnum ipsíus
ómnibus dominábitur.


20 Benedícite Dómino, omnes
ángeli ejus : † poténtes virtúte,
faciéntes verbum illíus, * ad au-
diéndam vocem sermónum ejus.

21 Benedícite Dómino, omnes
virtútes ejus ; * minístri ejus, qui
fácitis voluntátem ejus.

22 Benedícite Dómino, ómnia
ópera ejus : † in omni loco domi-
natiónis ejus, * bédedic, ánima
mea, Dómino.



Dóminus in cælo, alle-lú-ia, pa-rávit se-dem su- am, alle- lú-



ia.

In secundo nocturno

Ÿ Ascéndens Christus in altum, allelúia.

℞ Captívam duxit captivitátem, allelúia.

Pater noster *secreto usque ad*

Ÿ Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞ Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

Ipsíus píetas et misericórdia nos ádjuvet, * Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sǎcula sǎculórum.

℞ Amen.

Lector:

Jube, Dómnne, benedícere.

Præsídium chori:

Deus Pater omnípotens * sit nobis propítius et clemens.

℞ Amen.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Sermo CLXXVII ; (in Appd.) de Ascensione Domini II, n 1 et 2

Lectio V

Salvátor noster, dilectíssimi fratres, ascéndit in cælum : non ergo Sturbémur in terra. Ibi sit mens, et hic erit réquies. Ascendámus cum Christo ínterim corde : cum dies ejus promíssus advénerit, sequémur et córpore. Scire tamen debémus, fratres, quia cum Christo non ascéndit supérbia, non avarítia, non luxúria : nullum vítium nostrum ascéndit cum médico nostro. Et ídeo, si post médicum desiderámus ascéndere, debémus vítia et peccáta depónere.

Tob 12,20 Jo 14,1 Ÿ Jo 16,7


℞ IV

Tempus est ut revertar ad eum qui misit me, dicit Dominus; nolite contristari nec

In secundo nocturno




turbé- tur cor ve- strum; rogo pro vo-bis Pa- trem ut ille



vos custódi- at, alle-lú- ia alle- lú-ia.



Ÿ. Ni-si e- go ab- í- e-ro, Pa-rá-cli- tus non véni- et;



dum assúptus fú- e-ro, mittam vobis e- um. * Rogo.

Lector:

Jube, Dómnne, benedícere.

Præsidium chori:

Christus perpétuæ * det nobis gáudia vitæ.

R. Amen.

Lectio VI


Omnes enim quasi quibusdam compédibus nos premunt, et peccatórum nos rétibus ligare conténdunt : et ídeo cum Dei adjutório, secúndum quod ait Psalmísta : Dirumpámus víncula eórum : ut secúri possímus dícere Dómino : Dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo laudis. Resurréctio Dómini spes nostra est : ascénsio Dómini glorificátio nostra est.

Jo 14,1; 15,26; 16,28 Ÿ. Idem 16,7



R. III **N**on contur-bétur cor ve- strum: E- go vado

In secundo nocturno



ad Pa- trem; et dum assúptus fú- e-ro a vo- bis mit-
tam vobis, alle-lú- ia, Spí-ri- tum veri- tá- tis,
et gaudé- bit cor vestrum, al- le- lú-
ia. V. Ni- si ego abí- ero, Pa- rácli- tus non véni- et,
dum assúptus fú- e-ro, mittam vo-bis e- um. * Spí-
ri- tum.

Lector:

Jube, Dómnne, benedícere.

Præsidium chori:

Ignem sui amóris * accéndat Deus in córdibus nostris.

R. Amen.

Lectio VII

Ascensiónis hódie solémnia celebrámus. Si ergo recte, si fidéliter, si devóte, si sancte, si pie ascensiónem Dómini celebrámus, ascendámus cum illo, et sursum corda habeámus. Ascendéntes autem

In secundo nocturno

non extollámus, nec de nostris, quasi de própriis méritis præsumámus. Sursum autem corda habére debémus ad Dóminum. Sursum enim cor non ad Dóminum, supérbia vocátur : sursum autem cor ad Dóminum, refúgium vocátur. Vidéte, fratres, magnum miráculum. Altus est Deus : érigis te, et fugit a te ; humílias te, et descéndit ad te. Quare hoc ? Quia excélsus est, et humília réspicit et alta de longe cognóscit. Humília de próximo réspicit, ut attóllat : alta, id est, supérba, de longe cognóscit, ut déprimat.

Eph 4,8 ̎ Ps 46,6

R̎. IV



A Scén- dens in al- tum, al- le- lú- ia, captí- vam



du- xit ca- ptivi- tá- tem, * Dedit do- na homí- ni-



bus, al- le- lú- ia al- le- lú- ia. ̎ A- scén-



dit De- us in jubi- la- ti- ó- ne, et Dó- minus in vo-



ce tu- bæ. * Dedit do- na.

Lector:

Jube, Dómnne, benedícere.

Præsidium chori:

A cunctis vítiis et peccátis * absólvat nos virtus sanctæ Trinitátis.

R̎. Amen.

In secundo nocturno

Lectio VIII

Resurrexit enim Christus, ut spem nobis daret, quia surgit homo, qui moritur; ne moriendo desperarémus, et vitam nostram in morte finitam putarémus, securos nos fecit. Sollíciti enim erámus de ipsa ánima: et ille nobis resurgendo, de carnis resurrectione fidúciam dedit. crede ergo, ut mundéris. Prius te opórtet crédere, ut póstea per fidem Deum mereáris aspícere. Deum enim vidére vis? Audi ipsum: beáti mundo corde: quóniam ipsi Deum vidébunt. Prius ergo cógita de corde mundándo: quidquid ibi vides, quod dísplicet Deo, tolle.

Ps 46,6 Ț Eph 4,8

Ț III

A Scéndit De-us in ju-bi-la-ti-ó-ne, al-

le-lú-ia, * Et Dó-mi-nus in voce tu-bæ, alle-lú-ia alle-


lú-ia. Ț. Ascén-dens Chri-stus in al-tum, ca-ptí-vam duxit

ca-pti-vi-tá-tem. * Et Dó-mi-nus. Ț. Gló-ri-


a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sanc-to.

* Et Dó-min-us


IN TERTIO NOCTURNO



Illi autem profécti prædicavérunt ubique, De- o co- o- pe-



rante, et sermónem confirmánte sequén-tibus signis, alle-lú-ia al-



le- lú-ia. E u o u a e.

Canticum Isaïæ

Is 63, 1-5

Quis est iste, qui venit de Edom, * tinctis véstibus de Bosra ?

2 Iste formósus in stola sua, * grádiens in multitúdine fortitúdi- nis suæ ?

3 Ego qui loquor justítiam, * et propugnátor sum ad salvándum.

4 Quare ergo rubrum est indu- méntum tuum, * et vestiméнта tua sicut calcántium in torculári ?

5 Tórcular calcávi solus, * et de géntibus non est vir mecum ;

6 Calcávi eos in furóre meo, * et conculcávi eos in ira mea :

7 Et aspérsus est sanguis eórum super vestiméнта mea, * et ómnia induméнта mea inquinávi.

8 Dies enim ultiónis in corde meo ; * annus redemptiónis meæ

venit.

9 Circumspéxi, et non erat auxi- liátor ; * quæsívi, et non fuit qui adjuváret :

10 Et salvávit mihi bráchium meum, * et indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi.

Canticum Osæ

Oseæ 6, 1-6

Veníte, et revertámur ad Dó- minum, † quia ipse cepit, et sanábit nos ; * percútiét, et curábit nos.

2 Vivificábit nos post duos dies ; † in die tértia suscitábit nos, * et vivémus in conspéctu ejus.

3 Sciémus, sequemúrque * ut co- gnoscámus Dóminum :

4 Quasi dilúculum præparátus est egréssus ejus, * et véniet quasi

imber nobis temporáneus et seró-
tinus terræ.

5 Quid fáciam tibi, Éphraim ?
quid fáciam tibi, Juda ?† miseri-
córdia vestra quasi nubes matutí-
na, * et quasi ros mane pertrán-
siens.

6 Propter hoc dolávi in prophé-
tis ; occídi eos in verbis oris mei :
et iudícia tua quasi lux egredién-
tur.

7 Quia misericórdiam vólui, et
non sacrificium ; * et sciéntiam
Dei plus quam holocáusta.

Canticum Sophoniæ

Sophoniæ 3, 8-13

Exspécta me, dicit Dóminus,
in die resurrectiónis meæ in
futúrum : * quia iudícium meum
ut cóngregem gentes, et cólligam
regna,

2 Et effúndam super eos indigna-
tiónem meam, * omnem iram fu-
rórís mei :

3 In igne enim zeli mei * devorá-
bitur omnis terra.

4 Quia tunc reddam pópulis lá-
bium eléctum,† ut ínvocent om-
nes in nómine Dómini, * et sér-
viant ei húmero uno.

5 Ultra flúmina Æthiopiæ, inde
súpplīces mei ; * filii dispersó-
rum meórum déferent munus mi-
hi.


6 In die illa non confúnderis su-
per cunctis adinventiónibus
tuis, * quibus prævaricáta es in
me,

7 Quia tunc áuferam de médio tui
magniloquos supérbiæ tuæ, * et
non adjicies exaltári ámplius in
monte sancto meo.

8 Et derelínquam in médio tui
pópulum páuperem et egénium : *
et sperábunt in nómine Dómini.

9 Reliquiæ Ísraël non fácient ini-
quitátem,† nec loquéntur mendá-
cium, * et non inveniétur in ore
eórum lingua dolósa,

10 Quóniam ipsi pascéntur, et ac-
cubábunt, et non erit qui extér-
reat.




Illi autem profécti prædicavérunt ubique, De- o co- o- pe-



rante, et sermónem confirmánte sequén-ti-bus signis, alle-lú- ia al-

In tertio nocturno



le- lú-ia.

℣. Ascéndo ad Patrem meum et Pater vestrum, allelúia.

℟. Deum meum et Deum vestrum, allelúia.

Absolutio.

A vínculis peccatórum nostrórum * absólvat nos Dóminus omnípo-
tens et miséricors Dóminus.

℟. Amen.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Evangélica lectio * sit nobis salus et protéctio.

℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio IX

Cap. 15 et 16.

In illo témpore : Dixit Jesus discípu-
lis suis : Cum vénerit Paráclitus,
quem ego mittam vobis a Patre , Spí-
ritum veritátis, qui a Patre procé-
dit, ille testimónium perhibébit de me. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi

Tract. 92 in Joann., n. 1

Dóminus Jesus in sermóne, quem locú-
tus est discípu-
lis suis post
cœnam, próxi-
mus passió-
ni, tamquam
itúrus et re-
licturus eos
præ-
séntia corpo-
ráli, cum óm-
nibus autem
suis usque
in consumma-
tióne
sæculi futrus
præséntia
spiritali, ex-
hortátus est
eos ad perfer-
endas per-
secutiónes
impiórum,
quos mundi
nómine nuncu-
pávit. Ex quo
tamen mundo
étiam ipsos
discípulos se
elegisse dixit
: ut scirent se
Dei grá-
tias esse, quos
sunt ; suis
autem vítiis
fuisse, quod
fuérunt.

Jo 14,16-17 ℣. Idem 16,7

℣. III

E Go rogá-bo Pa- trem, et á- li- um Pa-

In tertio nocturno



rá- cli- tum da- bit vo- bis, ut má- ne- at vo-bíscum




in æ- tér- num Spí- ri- tum ve- ri- tá- tis, al- le-



lú- ia. V̇. Si e- nim non ab- í- e- ro, Parácli- tus



non vé- ni- et; si au- tem ab- í- e- ro, mit- tam e- um




ad vos. * Spí- ri- tum .

Lectio X

Deinde persecutores et suos et ipsorum, Judæos evidenter expressit : ut omnino appareret etiam ipsos mundi damnabilis appellatione conclusos, qui persecuntur sanctos. Cumque de illis diceret, quod ignorarent eum, a quo missus est ; et tamen odissent et Filium et Patrem, hoc est, et eum, qui missus est, et eum, a quo missus est : (de quibus omnibus in aliis sermonibus jam disseruimus) ad hoc pervenit, ubi ait : Ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est : Quia odio habuerunt me gratis.

Ps 103, 3 V̇. Idem, 4




P Onis nu- bem ascén- sum tuum, Dómi- ne, * Qui

In tertio nocturno



ám-bu- las super pen- nas ven- tó- rum, al- le-



lú- ia. ¶ Qui fa- cis ánge-los tu-os spí-ri- tus, et mi-nístros



tu- os i- gnem u- rén- tem. * Qui ámbu- las.

Lectio XI

Deínde tamquam consequénter adjúnxit, unde modo disputáre suscepimus : Cum autem vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spíritum veritátis, qui a Patre procedit, ille testimónium perhibébit de me : et vos testimónium perhibébitis, quia ab inítio mecum estis.

Act 1, 11 ¶ Idem, 10

¶ VII


V



I- ri Ga-li-læ- i, quid admi- rámi- ni a-spi-



ci- éntes in cæ- lum? al- le- lú- ia. * Quem-ád-



modum vi-dístis e- um ascendéntem in cæ- lum, i- ta vé-


In tertio nocturno



ni- et, al- le- lú- ia al- le- lú- ia alle- lú- ia. V̇. Cumque



intu- e- réntur in cælum e- úntem il- lum, ec- ce du- o vi- ri



a- sti- té- runt juxta il- los in vésti- bus al- bis, qui et di-




xé- runt. * Quemádmó- dum.

Lectio XII

Qui hoc pèrtinet ad illud quod díxerat : Nunc autem et vidérunt, et odérunt me et Patrem meum ; sed ut impleátur sermo, quia in lege eórum scriptus est : Quia ódio habuérunt me gratis ? An quia Paráclitus, quando venit Spíritus veritátis, eos, qui vidérunt, et odérunt, testimonío manifestióre convícit ? Immo vero étiam áliquos ex illis, qui vidérunt, et adhuc óderant, ad fidem, quæ per dilectiónem operátur, sui manifestatióne convértit.

Jo 16, 7 V̇. Idem 13




S I e- nim non ab- í- e- ro, Pará- cli- tus



non vé- ni- et ad vos ; si au- tem ab- í- e- ro, mit- tam


In tertio nocturno




e- um ad vos; * Cum autem vé- ne- rit il-le, do-cé- bit




vos omnem ve- ri-tá- tem, al-le- lú- ia.



¶. Non e- nim loqué- tur a semet-ípso, sed quaecúmque áudi- et



loqué- tur, et quæ ventú- ra sunt annunti- á-bit vo-



bis. * Cum autem vé- ne- rit ¶ Gló- ri- a Pa-tri, et Fí-



li- o, et Spi-rí- tu- i Sanc- to. * Cum au-tem

¶ Dóminus vobíscum

✠ Et cum spírítu tuo.

¶ Sequéntia sancti Evangélli secundum Joánnem.

¶ Glória tibi, Dómine.

Cap. 15, 26-27 ; 16, 1-4


In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spírítum veritátis, Qui a Patre pro-

In tertio nocturno

cédit, ille testimónium perhíbebit de me : et vos testimónium perhibé-
bitis, quia ab iníto mecum estis. Hæc locúsus sum vobis, ut non scan-
dalizémini. Absque synagógis fácient vos : sed veniit hora, ut omnis,
qui intérficit vos, arbitrétur obséquium se præstáre Deo. Et hæc fácient
vobis, quia non movérunt Patrem, neque me. Sed hæc locúsus sum vo-
bis : ut cum vénerit hora eórum, reminiscámini, quia ego dixi vobis.

R̄. Amen.

Hymnus




T

E decet laus, Te decet Hymnus, ti-bi gló-ri- a De-



o Patri et Fí-li- o, cum Sancto Spí-ri- tu, in sæ- cu- la sæ- cu-



ló- rum. A- men.

Orémus

Omnípotens sempitérne Deus, * fac nos tibi semper et devótam gé-
rere voluntátem, et majestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dó-
minum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, * qui tecum vivit et re-
gnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculórum .

R̄. Amen.

Ÿ. Dóminus vobíscum. (*Vel* **Ÿ.** Dómine exáudi oratiónem meam) .


R̄. Et cum spíritu tuo. (**R̄.** Et clamor meus ad te véniat) .



B

Enedi-cámus Dó- mi-no.

In tertio nocturno



℞ De- o grá- ti- as.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam dei requiéscant in pace.

℞ Amen.